

Titius pluribus heredibus relicitis decesserit, eum solum teneri, qui non habuit ratum: et solum ex heredibus stipulatoris acturum, a quo fuerit petutum. — § 7. Usufructu uxori legato, *dowec ei dos solvatur*, per arbitrium familie ericundae tam id, quod coheredis nomine ex dote solutum sit, recuperare<sup>14</sup> [potest], quam, ut<sup>15</sup> coheres solvat, effici posse, Cassius ait: et verum est. — § 8. Si duo coheredes damnati sint *statuum ponere*, et altero cessante, alter eam fecerit, non esse iniquum Julianus ait, familiae ericundae judicium dare, ut pars<sup>16</sup> impendiorum boni viri arbitratu præstetur.

## 45. POMPONIUS, lib. 15, ad Sabinum.

Si quid contendis ex hereditate mili tecum communem esse, quod ego ex alia causa meum proprium esse dico, id in familiæ ericundæ judicium non venit. — § 1. Dolus, quem servus heredis admisit, in judicium familiæ ericundæ non venit: nisi si domini culpa in hoc erat, quod non idoneum servum rei communem appliceret.

## 46. PAULUS, lib. 7, ad Sabinum.

Si maritus sub conditione a patre [heres] institutus sit, interim uxor de dote actionem pendere: plane, si post mortem socii divortium factum sit, quamvis pendente conditione institutionis, dicendum est preceptioni [dolis] locum esse: quia mortuo patre, quædam filios sequuntur, etiam antequam fiant heredes: ut matrimonium, ut liberi<sup>17</sup>, ut tutela<sup>18</sup>. Igitur et dote præcipere debet<sup>19</sup>, qui onus matrimonii post mortem patris sustinuit: et ita Scavola quoque nostro visum est.

## 47. POMPONIUS, lib. 21, ad Sabinum.

In judicio familiæ ericundæ vel communi dividendo, si, dum res in arbitrio sit, de jure prædicti controversia sit, placet omnes eos, inter quos arbitri sumptus sit, et agere, et ipsi novum nunciare pro sua quemque parte posse: et cum adjudicatione ab arbitrio fiant, si uni adjudicetur totus fundus, caveri oportet<sup>20</sup>, ut, quæ ex his actionibus recepta fuerint, reddantur: aut quæ in eas impensæ faciat fuerint, præstentur: et si, cum res in judicio esset, eo nomine actum non fuerit, cum consequenti integrum actionem, cui totus fundus adjudicatus [fuerit]: aut pro quacunque parte adjudicatus erit. — § 1. Item que res moveri possint, et in ea judicia veniant, si interea subrepta sint, furti agere eos, quorum iste res periculo fuerunt, posse.

## 48. PAULUS, lib. 42, ad Sabinum.

Si familiæ ericundæ, vel communi dividendo, vel finium regundorum actum sit, et unus ex litigatoribus decesserit pluribus heredibus relietis, non potest in partes judicium scindi: sed aut omnes heredes accipere id debent, aut dare unum procuratorem<sup>21</sup>, in quem omnium nomine judicium agatur.

## 49. ULPIANUS, lib. 2 Disputationum.

Qui erat heres ex parte institutus, testatorem jussus a prætore sepelire, servum, cui erat testamento data libertas, ideo distinxit, duplamque promisit, et ex ea cautione convenitus præstit: quæsumus est, an familiæ ericundæ judicium consequatur, quod ex dupla stipulatione abest? Primo videamus, an hic debetur duplam cavere? Et mihi videtur non debuisse: hi enim demum ad dupla cautionem compellantur, qui sponte sua distracti sunt: ceterum si officio alienanti fungitur, non debet adstringi: non magis, quam si quis ad exsequendam sententiam a prætore datus, distractus: nam et hic in ea conditione est, ne cogatur implere, quod coguntur hi, qui suo arbitrio distrahit. nam *inter officium suspicuntur*, et *voluntatem distrahit*, multum interest. Quapropter re quidem integra stipulationem dupla interponere non debuit. Sed decernere prætor debet, esse actori adversus heredem existentem actionem ex emplo, si res distracta fuisset evicta: si autem heres erravit, et cavit, et servus perveniat ad libertatem, stipulatio committetur: quia si fuerit commissa, æquum erit, utilem actionem ei adversus coheredem dari, defecto judicio familiæ ericundæ, ne in danno moretur: nam ut familiæ ericundæ judicium agere quis possit, non tantum heredem esse oportet, verum ex ea causa agere, [vel conveniri], quam gessit, quodque admisit, posteaquam heres effectus sit: ceterum cessat familiæ ericundæ actio: et ideo si<sup>22</sup>, antequam quis sciret se heredem esse, in hereditate aliquid gesserit, familiæ ericundæ judicium non erit locus: quia non animo heredis gessisse videtur. Quare, qui ante aditam hereditatem quid gessit, veluti si testatore sepelivit, familiæ ericundæ judicium non habet. Sed si post aditam hereditatem iudicio perempto non dixerit, si non intercedat atatis auxilium<sup>23</sup>.

40. *Idem*, lib. 6 Opinionum.  
Quæ pater filio emancipato studiorum causa peregre agenti subministravit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari aequitas non patitur.

## 51. JULIANUS, lib. 8 Digestorum.

Fundus, qui dotti<sup>24</sup> nomine socero traditus fuerit, cum socer filium ex aliqua parte heredem instituerit, per arbitrum familie ericundæ principi ita debet, ut ea causa filii sit, in qua futura esset, si dos per præceptionem legata fuisset: quare<sup>24</sup> fructus post item contestatam percepit, ad eum rediguntur sunt, habita ratione impensarum: qui vero ante item contestatam percepti fuerint, æqualiter<sup>25</sup> ad omnes heredes pertinebunt: et impensarum ratio haberidebet: quia nullus casus intervenire potest, qui hoc genus deductionis impedit<sup>26</sup>. — § 1. Si ego a te hereditatem petere vellem, tu mecum familie ericundæ agere, ex causa utrius nostrum mos gerendus est, nam si ego totam hereditatem possideo, et te ex parte dimidia heredem esse confiteor, sed a communione discedere volo, impetrare, deinceps familie ericundæ judicium<sup>27</sup>: quia aliter dividi inter nos hereditas non potest. Item si tu justam causam habes, propter quam per hereditatis petitionem potius, quam familie ericundæ judicium, negotium distractare velis, tibi quoque permittendum erit hereditatem petere: nam quædam venient in hereditatis petitionem, que in familiæ ericundæ judicium non deducuntur, veluti si ego debitor hereditarius sim, judicio familiæ ericundæ non<sup>28</sup> conqueris id, quod defuncto debui: per hereditatis petitionem conquereris.

52. *Idem*, lib. 2, ad Urseum Ferocem.

Mævius, qui nos heredes fecit, rem communem habuit cum Attio: si cum Attio communi dividendo egisset, et nobis ea res adjudicata esset, venturam-eam in familiæ ericundæ judicchio, Proculus ait. — § 1. Servus liber<sup>29</sup> et heres esse jesus, id, quod ex rationibus, quæ patrifamilias gessisset, [et] penes se retineret, judicio familiæ ericundæ, coheredibus suis præstabit. — § 2. Arbitrari familiæ ericundæ inter me et te sumptus, quedam mihi, quedam tibi adjudicare volebat: pro his rebus alterum alteri condemnando esse intelligebat: quæsumus est, an possit pensatione ultro citroque condemnationis facta, eum solum, cuius summa excederet, ejus duntaxat summæ, que ita excederet, damnare? Et plauit, posse id arbitrum facere. — § 3. Cum familiæ ericundæ, vel communi dividendo agitur, universæ res astimari debent, non singularium rerum partes.

## 53. ULPIANUS, lib. 2 Responsorum.

Pecuniam, quam filius emancipatus ita credit, ut patri solveretur, ita demum in hereditatem patris numerari, si patri adversus filium ejusdem quantitatibus nomine actio comprefebat.

## 54. NERATIUS, lib. 5 Membranarum.

Ex hereditate Lucii Titii, quæ mihi et tibi communis erat, fundi partem mean alienavi: deinde familiæ ericundæ judicium inter nos acceptum est: neque ex pars, quæ mea fuit, in judicio veniet, cum alienata de hereditate exierit<sup>30</sup>, neque tua, quia etiamsi remanet in pristino jure, hereditariaque est, tamen alienatione mea pars exit de communione. Utrum autem unus heres suam partem non alienaverit, an prius, nihil interest: si modo aliqua portio alienata ab aliquo ex heredibus, hereditaria esse desiit.

## 55. ULPIANUS, lib. 2, ad Edictum.

Si familiæ ericundæ, vel communi dividendo judicium agatur, et divisione tam difficultis<sup>31</sup> sit, ut pene impossibilis esse videatur, potest<sup>32</sup> iudex in unius personam totam condemnationem conferre, et adjudicare omnes res.

## 56. PAULUS, lib. 23, ad Edictum.

Non solum in finium regundorum, sed et familiæ ericundæ<sup>33</sup> iudicio, præteriti quoque temporis fructus veniunt.

## 57. PAPINIANUS, lib. 2 Responsorum.

Arbitrio quoque accepto, fratres communem hereditatem consensu diuidentes, pietatis officio funguntur, quam revocari non oportet<sup>34</sup>, licet arbitri sententiam jurgio perempto non dixerit, si non intercedat atatis auxilium<sup>35</sup>.

14. L. 19, in fin. C. h. t. — 15. L. 18, 2 4, supr. eod. — 16. d. L. 18, in fin. C. cod. — 17. L. 16, 2 2, inf. de jure dot. — 18. L. 16, 2 1, inf. de tutel. — 19. L. 20, 2 2, supr. h. t.; L. 65, in fin. inf. pro socio. — 20. L. 19, in fin. supr. h. t. — 21. *Immo vide L. 42, 2 6, supr. h. t.* — 22. L. 16, 2 4, supr. h. t. — 23. L. 2, C. cod. — 24. L. 58, 2 14, inf. de usus. — 25. L. 11, C. h. t. — 26. L. 7, in pr. inf. solut. matrim. — 27. L. 1, in pr. supr. h. t. — 28. L. 6, C. supr., quod si commode. Inst. de offic. judic. — 32. L. 22, 2 1, supr. h. t. — 33. L. 44, 2 3, supr.; L. 9, L. 17, C. cod. — 34. *Vide tamen L. 9, L. 10, in pr. supr. qui said. cog. — 35. L. 54, in fin. supr. de minor.*

## TIT. III.

COMMUNI<sup>1</sup> DIVIDENDO.

## 1. PAULUS, lib. 23, ad Edictum.

Communi dividendo judicium ideo necessarium fuit, quod *pro socio* actio magis ad personales invicem præstiones perlinet, quam ad communum rerum divisionem<sup>2</sup>. Denique cessat communi dividendo judicium, si res communis non sit.

## 2. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Nihil autem interest, cum societate, an sine<sup>4</sup> societate res inter aliquos communis sit: nam utroque casu locus est communis dividendo judicium. Cum societate res communis est, [veluti] inter eos, qui pariter eandem rem emerunt<sup>5</sup>: sine societate communis est, [veluti] inter eos, quibus eadem res testamenta legata est<sup>6</sup>. — § 1. In tribus isti duplicibus<sup>7</sup> judicis, familiæ ericundæ, communi dividendo, finium regundorum, queritur, qui actor intelligatur? quia per causa omnium videtur. Sed magis placuit, eum videri actorem, qui ad judicium provocasset<sup>8</sup>.

## 3. ULPIANUS, lib. 30, ad Sabinum.

In communi dividendo judicium nihil pervenit ultra<sup>9</sup> divisionem rerum ipsarum, que communis sint: et si quid in his danni datum factumve est, sive quid eo nomine aut abest alicui sociorum<sup>10</sup>, aut ad eum pervenit ex re communi. — § 1. Si quid ipsi sine dolo malo inter se pepirerunt, id in primis et familiæ ericundæ et communi dividendo iudex servare debet.

4. *Idem*, lib. 19, ad Edictum.

Per hoc judicium<sup>11</sup> corporalium rerum sit divisio, quarum rerum dominium habemus: non etiam hereditatis. — § 1. De peuto queritur, an communis dividendo judicium agi possit? Et ait Mela, ita demum posse, si solum ejus commune sit. — § 2. Hoc judicium bona fide est<sup>12</sup>: quare, si una res indivisa relata sit, valebit utique [et] ceterarum divisionis, et poterit iterum communi dividendo agi de ea, quæ indivisa maneat. — § 3. Sicut autem ipsius rei divisio venit in communi dividendo judicchio, ita etiam *præstaciones*<sup>13</sup> veniunt: et ideo si quis impensas<sup>14</sup> fecerit, consequatur. Sed si non cum ipso socio agat, sed cum herede socii, Labeo recte existimat, impensas et fructus a defuncto perceptos venire. Plane, fructus ante<sup>15</sup> percepti, quam res communis esset, vel sumptus ante facti, in communi dividendo judicium non veniunt. — § 4. Ea propter scribit Julianus, si missi in possessionem danni infecti simus, et, antequam possidere jubemur, ego insulam fulsero, sumptus istum communis dividendo judicium consequi me non posse.

## 5. JULIANUS, lib. 2, ad Urseum Ferocem.

Sed si res non defendetur, et ideo jussi sumus a prætore *eas ad possidere*, et ex hoc dominium earum nancisceremur, respondit Proculus, communi dividendo judicium partem ejus impensam me servaturum esse.

## 6. ULPIANUS, lib. 19, ad Edictum.

Si quis putans<sup>16</sup> sibi cum Titio fundum communem esse, fructus percepit, vel sumptus fecerit, cum esset cum alio communis, agi poterit utili communis dividendo judicchio. — § 1. Quare et si fundum Titius alienaverit, licet hic communi dividendo judicchio locus non sit, quia a communione discessum est, utili tamen locum futurum: quod datur de præstacionibus, quotiens communis esse desit. — § 2. Sive autem locando fundum communem, sive colendo, de fundo communis quid socius consecutus sit, communi dividendo judicchio tenebitur: et si quidem communis nomine id fecit, neque lucrum neque dannum sentire eum oportet: si vero non communis nomine, sed ut<sup>17</sup> lucretur solus, magis esse oportet, ut et dannum ad ipsum respiciat. Hoc autem iudicio præstare communis dividendo judicchio, quia videtur partem suam non potuisse expedite locare. Ceterum, non alias communi dividendo judicchio locus erit (ut et Papinius scribit) nisi id demum gessit, sine quo partem suam recte administrare, vel sumptus eum dirigit, ut vel regionibus<sup>18</sup> ejus utri frumentis, vel locet usumfructum uni [ex illis], vel tertie personæ, ut hi pensiones sine ulla controversia percipient: vel si res mobiles sint, etiam sic poterit, ut inter eos conveniat, caveantque, per tempora<sup>19</sup> se usuros et fructuros: hoc est, ut apud singulos maxima vice certo tempore sit usumfructus. — § 41. Neque colonis, neque eis, qui depositum suscepunt, hoc judicium competit, quamvis naturaliter possident<sup>20</sup>. — § 12. Inter eos, qui pingui accepunt, talis divisio fieri debet, ut non vero pretio astimetur pars, sed in tantum duntaxat, quantum pro ea parte debetur, et assignetur quidem pinguis natus ex creditori, licetiam tamen non denegetur debitori,

Tr. III. — 1. Lib. 3, C. 37, 2 5, Inst. de oblig. que quasi ex contract. — 2. L. 45, inf. pro socio. — 3. L. 9, C. commun, utriusque judic. — 4. 2 3, Inst. de oblig. que quasi ex contract. — 5. L. 51, inf. pro socio. — 6. d. 2 3, 7. L. 10, supr. fin. regund. — 8. L. 18, L. 29, supr. de judic. — 9. L. 3, L. 4, C. h. t. — 10. L. 4, 2 3; L. 14, 2 1, inf. L. 4, in fin. C. cod. — 11. *Vide tamen L. 7, 2 7 et 10; L. 19, 2 3* ult. inf. eod. — 12. L. 14, 2 1, inf. L. 4, in fin. C. cod. — 13. Arg. L. 3, in pr. inf. uti possid. — 28. L. 15, 2 3, supr. de Public. rem act. — 29. L. 1, in pr. L. 8, 2 1, inf. de vi et vi armat. — 30. 2 2, inf. L. 1, 31. L. 15, 2 5, supr. de ususfr. L. 4, in fin. inf. de aqua quotid. — 32. L. 11, inf. de adquir. vel amitt. possid. — 33. L. 3, C. h. t. — 34. L. 4, L. 5, in pr. inf. de aqua quotid. — 35. L. 1 in fin. L. 4, inf. ad exhib.

runt. — § 5. Sed et accessionem et decessionem hoc judicium accipere iidem existimaverunt. — § 6. Si quis in communem locum mortuum intulerit, an religiosum fecerit, videndum [est]? Sane, jus quidem inferendi in sepulchrum unicuique in solidum competit: locum autem parum alter non potest facere religiosum. Trebatius autem, et Labeo, quanquam putant non esse locum religiosum factum, tamen potant in factum agendum<sup>19</sup>. — § 7. Si damni infecti in solidum prædibus caveris, Labeo ait, communis dividendo judicium tibi non esse: cum necesse tibi non fuerit in solidum cavere<sup>20</sup>; sed sufficere pro parte tua. Que sententia vera est. — § 8. Si fundus communis nobis sit, sed pignori datus a me, venit quidem in communi dividendo: sed jus pignori creditor, manebit<sup>21</sup>, et etiamsi adjudicatus fuerit: nam et si pars socio tradita fuisset, integrum maneret. Arbitrus autem communi dividendo hoc minoris partem aestimare debet, quod ex pacto vendere eam rem creditor post, Julianus ait. — § 9. Idem [Julianus] scribit, si is, cum quo servum communem habebam, partem suam mihi pignori dederit, et communi dividendo agere copert, pignoratia exceptione eum summoveri debere: sed, si exceptione usus non fuero, officium judicis erit, ut, cum debitor totum hominem adjudicaverit, partis estimatione eum condemnaret: manere enim integrum ius pignoris. Quod si adjudicaverit index mili, tanti duntaxat me condemnem, quanto pluris pinguis sit, quam pecunia credita, et debitorem a me jubeat liberari. — § 10. Officium judicis etiam talis adjudicatio fieri pot

debitum offerre, et pignus suum luere. Idemque dicitur et [si] possessor pignoris, litis estimationem pigneratitiam in rem agenti offerat. — § 13. Si debitor communis prædicti partem pignori dedit, et a domino alterius partis provocatus creditor ejus, aut ab alio creditore alterius debitoris, licendo superavit, et debitor ejus, cui res sunt adjudicata, velit partem suam prædicti recuperare, soluto eo quod ipse debuit, eleganter dicitur, non esse audiendum, nisi et eam partem paratus sit recuperare, quam creditor per adjudicationem emit. Nam et si partem vendideris rei, et prius quam traderes emptori, communis dividendo judicio provocatus fueris, aliaque pars tibi adjudicata sit, consequenter dicitur, ex empto agi non posse: nisi totam rem suscipere fuerit paratus: quia haec pars beneficio alterius venditori accessit. Quinimo etiam ex vendito posse conveniri emptorem, ut recipiat totum. Solum illud spectandum erit, num forte frus aliquia venditoris intervenit. Sed et si, distracta parte, cesserit virtus litatione vendoris, aequa, pretium ut restituat, exempto tenebitur. Hac eadem et in mandato ceterisque hujus generis judicis servatur.

8. PAULUS, lib. 23, ad Edictum.

Etsi non omnes, qui rem communem habent, sed certi ex his dividere desiderant, hoc judicium inter eos accipi potest. — § 1. Si incertum sit, an lex Falcidia locum habeat, inter legatarium et heredem communis dividendo agi potest: aut incertae pars vindicatio datur. Similiter sit, et si peculium legatum sit: quia, in quantum res peculiares deminuit, id quod dominio debetur, incertum est. — § 2. Venit in communis dividendo judicium, etiam si quis rem communem deteriori fecerit: forte servum vulnerando, aut animum ejus corrumperendo, aut arbores ex fundo excidendo. — § 3. Si communis servi gratia, noxae nomine plus praestiterit, aequaliter servus, et ejus partem consequetur. — § 4. Item si unus in solidum de peculio conventus, et damnatus sit, est cum socio communis dividendo actio, ut partem peculii consequatur.

9. AFRICANUS, lib. 7 Questionum.

Sed postquam socius, servi communis nomine, de peculio in solidum damnatus esset, si apud socium res peculiares intercidant, nihilominus utile erit judicium communis dividendo, ad recuperandam partem pecuniam: aliquo iniquum fore, si tota ea res ad damnum ejus, qui judicium accepit, pertineat, cum utriusque domini periculum in rebus peculariis esse delectat: nam et eum, qui mandato domini defensionem servi suscepit, omne, quod bona fide praestiterit, servaturum, quamvis peculium postea intercederit. Hac ita, si neutrissima culpa intervenerit. Etenim dominum, cum quo de peculio agitur, si paratus sit rebus peculariis posteriori cedere, ex causa audiendum putavit: scilicet, si sine dolo malo et frustratione id faciat.

10. PAULUS, lib. 23, ad Edictum.

Item, quamvis legis Aquilicæ actio in heredem non competit, tamen hoc judicium heres socii præsterit, si quid defunctus in re communis admisit: quo nomine legis Aquilicæ actio nascitur. — § 1. Si usus tantum noster sit, qui neque venire, neque locari potest, quemadmodum divisio potest fieri in communis dividendo judicium, videamus? Sed prætor interveniet, et rem emendabit: ut, si judex alteri usum adjudicaverit, non videatur alter, qui mercede accepit, non ut: quasi plus faciat, qui videtur frui: quia hoc propter necessitatem fit. — § 2. In communis dividendo judicium, justo pretio rem estimare debet judex: et de evictione quoque cœendum erit.

11. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

In summa admonitione sumus: quod, si post interitum rei communis is, cui aliquid ex communione præstari oportet, eo nomine agere velit, communis dividendo judicium utile datur: veluti si actor impensas aliquas in rem communem fecit, sive socius ejus solus aliquid ex ea re lucratus est, velut operas servi mercede se, hoc judicium eorum omnium ratio habetur.

12. UPLIANUS, lib. 71, ad Edictum.

Si eades communes sint, aut paries communis, et eum reficiere, vel de molire, vel in eum immittere quid opus sit, communis dividendo judiciorum erit agendum, aut interdicto uti possidetis experimur.

13. Idem, lib. 78, ad Edictum.

In judicium communis dividendo omnes res veniunt: nisi si quid fuerit ex communis consensu exceptum nominatum, ne veniat.

14. PAULUS, lib. 5, ad Plautium.

In hoc judicium [hoc] venit, quod communis nomine actum est aut agi

36. L. 13, § 17, inf. de act. empt. — 37. L. 45, supr. tit. prox. — 38. L. 76, § 1, supr. de rei vind. — 39. L. 27, in fin. inf. de pecul. — 40. L. 25, inf. h. t. ; L. 51, supr. famili. ericise. — 41. Arg. L. 57, L. 50, in fin. inf. mandati. — 42. L. 25, § 8, supr. ad leg. Aquil. — 43. L. 8, in pr. supr. de usu et habit. — 44. L. 5, in pr. ; L. 4, § 3; L. 14, supr. ; L. 4, in fin. C. h. t. — 45. L. 4, § 2, supr. cod. — 46. L. 29, in pr. vers. diversa inf.

debitum ab eo, qui scit se socium habere. — § 1. Impendia autem, quæ, dum proprium meum fundum existimo, feci, quæ scilicet, si vindicaretur fundi pars, per exceptionem dolii retinere possem, an etiam, si communis dividendo judicio mecum agetur, aquitate ipsius judicij retinere possim, considerandum est? Quod quidem magis potest: quia bona fide judicium est communis dividendo; sed hoc ita, si mecum agatur. Cæterum, si alienavero partem meam, non erit unde retinere possim. Sed is, qui a me emerit, an retinere possit, videndum est: nam [et] si vindicaretur ab eo pars, impendiorum nomine, quæ ego fecisse; ita, ut ego, potest retentionem facere? et verius est, ut et in hac specie expense retineantur. Quia cum ita sint, rectissime dicitur, etiam impendiorum nomine utile judicium dari debere mihi in socium, etiam manente rei communione. Diversum est enim, cum quasi in rem meam impendo, quæ sit aliena, aut communis: hoc enim casu, ubi quasi<sup>46</sup> in rem meam impendo, tantum retentionem<sup>47</sup> habeo: quia neminem mihi obligare volui. At cum puto rem Titii esse, quæ sit Mævii, aut esse mihi communis cum alio, quam est; id ago, ut alium mihi obligem: et sicut negotiorum gestorum actio datur adversus eum, cuius negotia curavi, cum putarem alterius ea esse, ita et in positivo. Igitur et si ab aliena vero prædiū, quia in ea causa fuit, ut milii actio dari debetur, danda mihi erit (ut Julianus quoque scribit) negotiorum gestorum actio. — § 2. Si conveniat, ne omnino divisio sia<sup>48</sup>, hujusmodi pactum nullas vires habere, manifestissimum est. Sin autem intra<sup>49</sup> certum tempus, quod etiam ipsius rei qualitatibus prodest, valet. — § 3. Si inter socios convenisset, ne intra certum tempus societas dividetur, quin vendere<sup>50</sup> licet ei, qui tali conventione tenetur, non est dubium: quare emptor quoque communis dividendo agendum, eadem exceptione summovet, qua auctor ejus summovetur. — § 4. Si paciscatur socius, ne partem suam petat, effectu tollitur societas.

15. Idem, lib. 5, ad Plautium.

Si socius servi communis nomine convenitus, et condemnatus sit, ager communis dividendo, et antequam præstet: nam, et si noxali judicio cum uno actum sit, statim ager cum socio, ut ei pars tradetur: cautionibus interpositis, ut, si non dederit, redet.

16. Idem, lib. 6, ad Plautium.

Cum socii dividunt societatem, de eo, quod sub conditione deberetur<sup>51</sup>, cautiones intervenire solent.

17. MODESTINUS, lib. 9 Regularum.

Qui coheredes habet, si fundum pignori datum a testatore suo, comparaverit a creditore, non debet a coheredibus judicio communis dividendo conveniri.

18. JAVOLENUS, lib. 2 Epistolarum.

Ut fundus hereditarius fundo non hereditario serviat, arbiter disponere non potest<sup>52</sup>: quia ultra id, quod in judicium deductum est, excdere potestas judicis non potest.

19. PAULUS, lib. 6, ad Sabinum.

Arbor, quæ in confinio nata<sup>53</sup> est: item lapis, qui per utrumque fundum extundit, quamdiu coheret fundo, et regione cuiuscum finium, utriusque sunt: nec in communis dividendo judicium veniunt: sed cum aut lapis exemplus, aut arbor eruta, vel succisa est, communis pro indiviso fit: et veniet in communis dividendo judicium: nam quod erat finitus partibus, rursus confunditur. Quare duabus massis durorum dominorum conflatis, tota massa communis est<sup>54</sup>, etiam si aliud ex prima specie separatum maneat: ita arbor et lapis separatus a fundo, confundit dominum. — § 4. De vestibulo communis binarum ædium arbitrio communis dividendo invito utolibet dari non debet: quia qui de vestibulo cogit, necesse habet interdum totarum ædium pretium facere, si alias adiutorum non habet. — § 5. Si per eundem locum via nobis debeatur, et in eam impensa facta sit, durius ait Pomponius communis dividendo vel pro socio agi posse: quia enim communio juris separatim intelligi potest? Sed negotiorum gestorum agendum. — § 5. Judex communis dividendo, item familia ericunda, de servo, qui in fuga est<sup>55</sup>, jubere debet liceri eos, inter quos iudex est: et tunc eum adjudicare ei, penes quem licitatio remansit: nec erit periculum, ne ex senatusconsulto pœna legis Favia committatur. — § 6. Aquarum iter<sup>56</sup> in judicium communis dividendo non venire, Labeo ait: nam aut ipsius fundi est; et ideo in judicium non venit: aut separatum a fundo, divisum tamen aut mensura, aut temporibus. Sed possunt jura interdum et separata

cod. — 47. *Imm. vide* L. 58, § 2, vers. quod si infr. ad SC. Trebell. — 48. L. 70, inf. pro socio. — 49. L. 14, inf. d. t. — 50. L. 16, in fin. inf. d. t. — 51. L. 27, L. 58, inf. d. t. — 52. L. 22, § 3, supr. tit. prox. — 53. L. 85, inf. pro socio. — 54. L. 5, supr. de rei vidi. — 55. Inst. de rer. divisi. — 55. L. 6, C. ad leg. Fab. de plagiis. — 56. L. 4, in pr. supr. h. t.

a fundo esse: [et] nec mensura nec temporibus divisa: veluti cum is, cuius fuerunt, plures heredes reliquit. Quod cum accidit, consentaneum est et ea in arbitrio familie ericunda venire: nec videre inquit Pomponius, quare<sup>57</sup> minus in communis dividendo, quam familia ericunda judicium veniat. Igitur in hujusmodi speciebus [etiam] in communis dividendo judicium venit, ut prefata jura aut mensura aut temporibus dividantur<sup>58</sup>.

20. POMPONIUS, lib. 13, ad Sabinum.

Si is, cum quo fundum communem habet, ad delictum non respondit, et ob id motu judicis villa diruta est, aut arbusta succisa sunt, prestat tibi detrimentum judicio communis dividendo. *Quidquid enim culpa socii amissum est, eo judicio continetur.*

21. UPLIANUS, lib. 50, ad Sabinum.

Judicem in prædictis dividendis, quod omnibus utilissimum<sup>59</sup> est, vel quod malint litigantes, sequi convenient.

22. POMPONIUS, lib. 53, ad Sabinum.

Si meo et vicini nomine parietem edificem, vel repetiturus ab eo pro parte impensam, vel donationis gratia<sup>60</sup>, communis fiet paries.

23. UPLIANUS, lib. 52, ad Edictum.

Si convenerit inter te et socium tuum, ut alterni annis fructum peripereatis, et non patiar ut socius tui anni fructum peripere, videndum, utrum ex conductio sit actio, an vero communis dividendo? Eadem questio est et si socius, qui convenerat, ut alterni annis frueretur, pecus immisit, et effectit, ut futuri anni fructus, quos socium peripere oportuit, corrumperentur? Et puto magis communis dividendo judicium, quam ex conducto locum habere: quia enim locatio est, cum merces non intercesserit<sup>61</sup>? aut certe actionem incerti civilem reddam.

24. JULIANUS, lib. 8 Digestorum.

Communis servus si ex re alterius dominorum adquisierit, nihilominus<sup>62</sup> commune id erit: sed is, ex cuius re adquisitum fuerit, communis dividendo judicium eam summam peripere, potest: quia fidei bona convenerit, ut unusquisque precipuum habeat, quod ex re eius servus adquisierit. — § 2. Præterea, in hac actione notandum est, quod reus contumax per in item jusjurandum<sup>63</sup> petitoris damnari possit ei, judice quantitatim taxante. — § 3. Est autem personalis hæc actio: ei ei competit, qui in rem acturus est, qualicunque in rem actione: etiam pigneratia, Serviana, sive hypothecaria, quæ creditoribus competent. — § 4. Sed et usumfructu petitorum competere ad exhibendum Pomponius ait. — § 5. Sed et si quis interdictus, rem exhiberi desideret, audietur. — § 6. Item, si optare velim servum, vel quam aliam rem, cuius optio mihi relata est<sup>64</sup>, ad exhibendum me agere posse constat, ut exhibitus possim vindicare. — § 7. Si quis noxali judicio experiri velit, ad exhibendum ei actio est necessaria: quid enim, si dominus quidem paratus sit defendere, actor vero destinare non possit, nisi ex presentibus: quia aut servum non recognoscit, aut nomen non tenet: nonne æquum est ei familiam exhibere, ut noxiū servum adgnoscatur? Quod ex causa debet fieri, ad designandum eum, cuius nomine noxali quis agit, recente servorum facta. — § 8. Si quis extra heredem<sup>65</sup> tabulas testamenti, vel codicillos, vel quid aliud ad testamentum pertinens exhiberi velit, dicendum est, per hanc actionem agendum non esse: cum sufficiat [sibi] interdicta<sup>66</sup> in hanc rem competentia: et ita Pomponius. — § 9. Scindendum est autem, non solum eis, quos diximus, competere ad exhibendum actionem, verum ei<sup>67</sup> quoque, cuius interest exhiberi. Judex igitur summatim debet cognoscere, an ejus res sit: non, an ejus res sit, et sic jubere vel exhiberi, vel non, quia nihil interest. — § 10. Plus dicit Julianus, eti si vindicationem non habeam, interim posse me agere ad exhibendum, quia mea interest exhiberi: utputa, si mihi servus legatus cepisset, per arbitrium communis dividendo posse recuperare.

25. PAULUS, lib. 5 Epitomarum Alfeni Digestorum.

Si Stichus communis meus et tuus servus haberit Pamphilum vicarium aureorum decem, et mecum actum de peculio fuerit, condemnatusque decem præstero, quamvis<sup>68</sup> postea Pamphilus decesserit, nihilominus actione communis dividendo vel pro socio quinque [milia] præstare debebis: quia te hoc are alieno liberavi. Longe magis consequar, si Stichus post mortem Pamphilii alium vicarium adquisierat.

26. ALFENUS Vetus, lib. 2 Digestorum.

Communis servus, cum apud alterum esset, crux fregit<sup>69</sup> in opere: querelatur, alter dominus quid cum eo, penes quem fuisset, ageret? Respondi, siquidem culpa illius magis, quam casu, res communis damnata cepisset, per arbitrium communis dividendo posse recuperare.

27. PAULUS, lib. 5 Epitomarum Alfeni Digestorum.

De communis servo unus ex sociis questionem habere, nisi communis negotii causa, jure non potest.

28. PAPINIANUS, lib. 7 Questionum.

Sabinus, in re communis neminem dominorum jure facere quicquam<sup>70</sup> invito altero, posse. Unde manifestum est, prohibendi jus esse<sup>71</sup> in enim pari potiorem causam esse prohibentis constat. Sed etsi in communis prohiberi socius a socio, ne quid faciat, potest, ut tamen factum opus tollat, cogi non potest<sup>72</sup>, si, cum prohibere poterit, hoc prætermisit: et ideo per communis dividendo actionem dammum sarciri poterit. Sin autem facienti consensit, nec pro danno habet actionem. Quod si quid absentia socio, ad lassionem ejus fecit, tunc etiam tollere cogitur.

29. PAULUS, lib. 2 Questionum.

Si quis<sup>73</sup>, cum existimaverit fundum communem sibi cum Mævio esse, quem cum Titio communem habebat, impendisset, recte dicitur etiam communis dividendo judicium ei sufficer: hoc enim est, si sciam rem

communem esse, ignorem autem, cujus socii: neque enim negotia socii geror, sed propriam rem tuor: et magis ex re, in quam impenditur, quam ex persona socii, actio nascitur. Denique ea actione pupillum teneri dicimus<sup>74</sup>, ut impendia restitut officio judicis. Diversa causa est ejus, qui putat se in rem propriam impendere, cum sit communis: huic enim nec communis dividendo judicium competit, nec utile dandum est: ille enim, qui scit rem esse communem, vel aliena negotia eo animo gerit, ut aliquem sibi obliget, et in persona labitur. — § 1. Pomponius scripto<sup>75</sup> judicem posse a quilibet sociorum: sed, etiam si unus ex sociis mutus erit, recte cum eo communis dividendo agi.

30. SCROVOLA, lib. 4 Responsorum.

Communi dividendo judicium recte agi, sive neuter possideat, sive alter sociorum fundum non possidat<sup>76</sup>.

31. PAULUS, lib. 15 Responsorum.

</

exhibendum hactenus cognoscere: *an justam et probabilem causam habeat [actionis]*, propter quam exhiberi sibi desideret. — § 12. Pomponius scribit, ejusdem hominis nomine recte plures ad exhibendum agere posse: forte, si homo primi sit: secundi in eo ususfructus sit: tertius possessionem suam contendat: quartus pignoratum sibi eum adsermet: omnibus igitur ad exhibendum actio competit: quia omnium interest exhiberi hominem. — § 13. Ibidem subjungit, judicem per arbitrium sibi ex hac actione commissum etiam exceptiones estimare, quas possessor obicit: et si qua tam evidens sit, ut facile repellat agentem, dehere possessorum absolvit: si obscurior, vel qua habeat altiorem questionem, differendam in directum judicium, re exhiberi jussa. De quibusdam tamen exceptionibus omnimodo ipsum debere disceptare, qui ad exhibendum actione judicat: veluti pacti conventi, dol mali, iusjurandi, rei, [que] judicata est. — § 14. Interdum aquitas<sup>12</sup> exhibitionis efficit, ut, quamvis ad exhibendum agi non possit, in factum tamen actio detur, ut Julianus tractat. Servus (inquit) uxori mea rationes meas conscripsit: haec rationes a te possidentur: desidero eas exhiberi. Ait Julianus, si quidem in mea charta scripta sint, locum esse huic actioni: quia et vindicare eas possum: nam cum charta mea sit, et quod scriptum est, meum est<sup>13</sup>: sed si charta mea non fuit, quia vindicare non possum, nec ad exhibendum experiri. In factum igitur mihi actionem competere. — § 15. Scindunt est, adversus possessorum hac actione agendum: non solum eum, qui civiliter, sed et eum, qui naturaliter incumbat possessioni. Denique creditorem, qui pignori rem accepit, ad exhibendum teneri placet<sup>14</sup>.

## 4. POMPONIUS, lib. 6, ad Sabinum.

Nam et cum eo, apud quem deposita, vel cui commodata vel locata res sit, agi potest.

## 5. ULPIANUS, lib. 24, ad Edictum.

Celsus scribit, si quis merces, quas exvehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore ad exhibendum agi potest. Item, si mortuo conductore heres existat, cum herede agendum: sed, si nemo heres sit, cum horreario agendum<sup>15</sup>: nam si a nullo (inquit) possidentur, verum est, aut horrearium possidere, aut certe ille est, qui possit exhibere, idem ait: quomodo autem possidet, qui venhendas conduxit? at quia pignus tenet? Quae species ostendit, etiam eos, qui facultatem exhibendi habent, ad exhibendum teneri<sup>16</sup>. — § 1. Julianus autem ita scribit, ad exhibendum actione teneri eum, qui rerum vel legatorum servandorum causa in possessione sit: sed et eum, qui ususfructus nomine rem teneat: quamvis nec hic<sup>17</sup> utique possideat. Inde Julianus querit, quatenus hos oporteat exhibere? Et ait, priorem quidem sic, ut actor possessionem habeat: is autem, cum quo agetur, rei servanda causa sit in possessione: cum vero, qui ususfructus habeat, sic, ut actor rem possidat: is, cum quo agetur, utatur fruatur. — § 2. Idem Julianus scribit, empore, qui ruta cesa<sup>18</sup> non restitut, ad exhibendum teneri, in quantum in item juravero: sed ibi adjicit, si empotor possidat, aut dolo fecit, quo minus possidat. — § 3. Item Celsus scribit, stercus, quod in aream meam concessisti, per ad exhibendum actionem posse te consequi, *ut tollas*: sic tamen, *ut totum tollas*: ceterum alias non possunt. — § 4. Sed et si ratis<sup>19</sup> delata sit vi fluminis in agrum alterius, posse eum conveniri ad exhibendum, Neratus scribit. Unde querit Neratus, utrum de futuro dumtaxat damno, an et de præterito, domino agri caendum sit? Et ait, etiam de præterito<sup>20</sup> caveri oportere. — § 5. Sed et si de ruina aliquid in tuam aream, vel in tuas ades deciderit, tenebris ad exhibendum, licet non possideas. — § 6. Item, si quis facultatem restituendi non habeat<sup>21</sup>, licet possidat, tamen ad exhibendum non tenebitur: utputa, si in fuga servus sit, ad hoc plane solum tenebitur, ut cœat se exhibiturum<sup>22</sup>, si in potestatem ejus pervenerit: sed et si non sit in fuga, permiseris autem ei, ubi velit, morari, idem erit dicendum; aut peregre a te missus sit, vel in prædiis tuis agat, ad hoc solum teneberis, ut caveas.

## 6. PAULUS, lib. 14, ad Sabinum.

Gemma inclusa auro alieno, vel sigillum candelabro, vindicari non potest: sed<sup>23</sup>, *ut excludatur*, ad exhibendum agi potest. Alterius atque in tigno juncto edibus: de quo nec ad exhibendum agi potest, quia lex duodecim<sup>24</sup> tabularum solvi vetaret: sed actione de tigno juncto ex eadem lege in duplum agitur.

<sup>12</sup> L. 7, C. h. 1. — <sup>13</sup> L. 9, 2, 1, infr. de adquir. rer. domin. — <sup>14</sup> L. 16, infr. de usurp. et usufr. vel amitt. possess. — <sup>15</sup> L. 12, 2 fin. infr. h. 1. — <sup>16</sup> Add. L. 9, in fin. supr. de rei vind. — <sup>17</sup> L. 1, 2, 8, infr. de adquir. vel amitt. possess. — <sup>18</sup> L. 6, 2, 2, infr. de precario. — <sup>19</sup> L. 1, 2, 6, infr. de act. — <sup>20</sup> L. 8, 2, 1, de meend. — <sup>21</sup> L. 11, in fin. h. 1. — <sup>22</sup> L. 25, 2, 5, supr. de rei vind. — <sup>23</sup> L. 1, 2, 1, in pr. infr. de tigno junct. — <sup>24</sup> L. 1, 2, 1; L. 62, infr. de verb.

## 7. ULPIANUS, lib. 24, ad Edictum.

Tigni<sup>25</sup> appellatione omnem materiam in lege duodecim tabularum accipimus, ut quibusdam recte videtur. — § 1. Sed, si rotam meam vehiculo aptaveris, tenebris ad exhibendum. Et ita Pomponius scribit: quamvis tunc civiliter non possideas. — § 2. Idem et si armario vel navi tabulam meam, vel ansam scypho junxeris, vel emblemata<sup>26</sup> phiala: vel purpuram vestimento intexeris, aut brachium statu<sup>27</sup> coadunaveris. — § 3. Item municipes ad exhibendum conveniri possunt: quia facultas est restituendi: nam et possidere<sup>28</sup>, et usucapere eos posse constat. Idem [et] in collegiis, ceterisque corporibus dicendum erit. — § 4. Si quis non possidat litis contestate tempore, [sed] postea ante sententiam possidere oportet, oportere dici putamus, debere condemnari, nisi restitut. — § 5. Si quis, cum judicium accepto tempore possidet, postea sine dolo malo possidere desiderit, absolvit eum oportet: quamvis sit, (inquit Pomponius) quod ei imputetur, cur non statim restitut: sed passus est secum item contestari. — § 6. Idem scribit, si quis litis contestate tempore possidet, deinde desiderit possidere, mox copert sive ex eadem causa, sive ex alia, condemnari eum oportere, nisi restitut. — § 7. Ibidem non male Pomponius jungit, ejus, qui ad exhibendum egit, utroque tempore interfuisse oportere, rem ei restituti: hoc est, et quo lis contestatur, et quo fit condemnatio. Et ita Labeoni placet.

## 8. JULIANUS, lib. 9 Digestorum.

Si ad exhibendum actum est cum eo, qui neque possidebat, neque dolo malo fecerat, quo minus possidet, deinde co defuncta heres eius possidet rem, exhibere eam cogendus erit: nam si fundum vel hominem petierit, et heres ex eadem causa possidere oportet, restituere cogitur.

## 9. ULPIANUS, lib. 24, ad Edictum.

Julianus scribit, si quis hominem, quem possidebat, occiderit, sive ad alium transtulerit possessionem, sive ita rem corruperit, ne haberit possit, ad exhibendum tenebitur: quia dolo<sup>29</sup> fecit, quo minus possidet. Prolinde et si vinum, vel oleum, vel quid aliud effuderit<sup>30</sup>, vel confrigerit, ad exhibendum tenebitur. — § 1. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit, eam ego immiso pecore depasco: qua actione possum teneri? Pomponius scribit, competere actionem ad exhibendum, si dolo pecus immisi, ut glandem comedetur, nam et si glans extaret, nec patieris me tollere, ad exhibendum tenebris. Quemadmodum si materiam meam delatam in agrum suum quis auferret non patereretur: et placet nobis Pomponius sentientia, sive glans extet, sive consumpta sit: sed si extet, etiam interdicto *de grande legenda*. Ut mihi tertiu<sup>31</sup> quoque die legende glandis facultas esset, uti potero, si danni infecti cavero. — § 2. Si quis rem fecit ad alium pervenire, videat dolo fecisse, quo minus possidat: si modo hoc dolose fecerit. — § 3. Sed si quis rem<sup>32</sup> deteriore exibuerit, aequa ad exhibendum cum teneri, Julianus ait. Sed [hoc] ibi utique verum est, si dolo malo in aliud corpus res sit translata, veluti, si ex scypho massa facta sit: quamquam enim massam exhibeat, ad exhibendum tenebitur: nam mutata forma prope intermet substantiam rei. — § 4. Marcellus scribit, si tibi decem nomismata sint sub conditione legata, et mihi decem ususfructus<sup>33</sup> pure, deinde heres pendente conditione, non exacta cautione, decent fructario solverit, ad exhibendum eum actione teneri: quasi dolo fecerit, quo minus possidet: dolus autem in eo est, quod cautionem exigere supersedit a fructuario: effectumque, ut legatum tuum evanesceret, cum jam nummos vindicare non possis. Ita deum autem locum habebit ad exhibendum actio, si conditio exitterit legali. Potuisti tamen tibi propiscere stipulatione legatorum: [et] si prospicisti, non erit tibi necessaria ad exhibendum actio. Si tamen ignarus legati tui, a fructuario satis non exigit, dicit Marcellus, cessare ad exhibendum: scilicet quia nullus dolus est; succurrendum<sup>34</sup> tamen fructario, in factum adversus fructuarum actione, ait. — § 5. Quantum [autem] ad hanc actionem attinet, exhibere est<sup>35</sup>, in eadem causa præstare, in qua fuit. cum judicium aciperetur: ut quis copiam rei habens possit exequi, actione, quam destinavit, in nullo casu, quam intendit, lesa: quamvis non de restituendo, sed de exhibendo agatur. — § 6. Prolinde si post item contestatam usucaptionem exhibeat, non videatur exhibuisse<sup>36</sup>: cum petitor intentionem suam perdiditer: et ideo absolvit eum non oportere, nisi paratus sit, repetita die, intentionem suscipere: ita ut fructus secundum legem estimetur. — § 7. Quia tamen causa petitoris in hac actione restituiri, Sabinus putavit, partum

<sup>25</sup> 26. L. 5, 2, 1, infr. de tritico. — <sup>27</sup> L. 25, 2, 2, supr. de rei vind. — <sup>28</sup> L. 2, 1, infr. supr. ad leg. Aquil. — <sup>29</sup> L. 5, 2, 1, infr. de tritico. — <sup>30</sup> L. 1, 2, 1, supr. de rei vind. — <sup>31</sup> L. 1, 2, 1, supr. de glande legend. — <sup>32</sup> L. 7, C. h. 1. — <sup>33</sup> L. 28, supr. de ususfr. — <sup>34</sup> L. 65, supr. de legat. 2. — <sup>35</sup> Add. L. 2, 2, 1, supr. h. 1. — <sup>36</sup> L. 25, 2, 5, supr. de off. judic.

## DIGESTORUM LIB. XI, TIT. I.

quoque restituendum: sive prægnans fuerit mulier, sive postea conceperit: quam sententiam et Pomponius probat. — § 8. Præterea utilitatis<sup>37</sup>, si que amissae sunt ob hoc, quod non exhibetur, vel tardius [quid] exhibetur, aestimanda a judice sunt: et ideo Neratus ait, utilitatem actoris venire in estimationem, non quanti res sit: que utilitas, inquit, interdum minoris erit, quam res [erit].

## 10. PAULUS, lib. 26, ad Edictum.

Si optione intra certum tempus data judicium in id tempus extractum est, quo frustra exhibetur, utilitas petitoris conservetur: quod si per heredem non stetit, quo minus exhiberet tempore judicii accipiendi, absolvendus est heres.

## 11. ULPIANUS, lib. 24, ad Edictum.

Sed et si hereditas amissa sit ob hoc, quod servus non exhibeat, exquisitum est aestimari officio judicis dampnum hereditatis<sup>38</sup>. — § 1. Quo autem loco exhiberi rem oporteat, vel cuius sumptibus, videamus. Et Labeo ait, ibi<sup>39</sup> exhibendum, ubi fuerit, cum lis contestaretur: pericolo et impediens actoris preferendam perducantem eo loci, ubi actu sit: pascere plane servum, vestire, curare, possessorum oportere ait. Ego autem arbitrator interdum etiam has actiones agnoscere oportere, si forte ipse servus ex operis, vel artificio suo solebat se exhibere: nunc vero cogitare vacare. Prolinde et si apud officium fuerit depositus exhibendus, cibaria debet adgnoscere, qui exhiberi desideravit, si non solebat possessor servum pascere: nam si solebat, sicuti pascit, ita et cibaria potest non recusare. Interdum<sup>40</sup> tamen eo loci exhiberi debet suis sumptibus: si forte proposita, data opera eum in locum abditum res contulisse, ut actori incommodior esset exhibito: nam in hunc casum, suis sumptibus et periculo, debet exhiberi in eum locum, ubi agatur: ne ei caliditas sua prosit. — § 2. Si de pluribus rebus quis conveniat, et lis contestata tempore omnes possidit, licet postea quasdam desideret, quamvis sine dolo[malo], possidere, damnandum nisi exhibeat eas<sup>41</sup>, quas potest.

## 12. PAULUS, lib. 26, ad Edictum.

De eo exhibendo, quem qui in libertate vindicare velit, huic actioni locus esse potest<sup>42</sup>. — § 1. Et filius familias ei actione tenetur, si facultatem rei exhibenda habet. — § 2. Sæpius ad exhibendum agenti, si ex eadem causa agat, obstatur exceptionem, Julianus ait. Novam autem causam intervenire, si is, qui vindicandi gratia egisset, post<sup>43</sup> acceptum judicium eam ab aliquo accipit: et ideo exceptionem ei non officere. Item, si ei, qui furti acturus, ad exhibendum egisset, iterum furtum factum sit. Denique, si quis optandi<sup>44</sup> gratia ad exhibendum egisset, et post item contestatam, alterius testamento optio data sit, ad exhibendum agere potest. — § 3. Si quis ex uvis meis mustum fecerit, vel ex olivis oleum, vel ex lana vestimenta, cum sciret haec aliena esse: utriusque nomine ad exhibendum actione tenebitur: quia, quod ex re nostra fit, nostrum esse verius est<sup>45</sup>. — § 4. Si post judicium acceptum homo mortuus sit, quamvis sine dolo malo, et culpa possessoris, tamen interdum tanti damnandus est, quanti actoris interfuerit per eum non effectum, quo minus tunc, cum judicium aciperetur, homo exhiberetur: tanto magis, si apparebit, eo casu mortuum esse, qui non incidisset, si tum exhibitus fuisset. — § 5. Si justa<sup>46</sup> ex causa statim exhiberi res non possit, iussu judicis caverre debebit, *si illa die exhibiturum*. — § 6. Heres, non quasi heres, sed suo nomine hac actione uti potest. Item heres possessoris suo nomine tenetur<sup>47</sup>. Igitur non procedit quarere, an heredi et in heredem danda sit. Plane, ex dolo defuncti danda est in heredem hac actione, si locupletior hereditas eo nomine facta sit, velut quod pretium rei consecutus sit.

## 13. GAIUS, lib. ad Edictum pratoris urbani, titulus de liberali causa.

Si liber homo detineri ab aliquo dicatur, interdictum adversus eum, qui detinere dicitur, de exhibendo eo potest quis<sup>48</sup> habere: nam ad exhibendum actio in eam rem inutilis videtur<sup>49</sup>: quia hac actione ei crederit competrere, cuius peculiariter interest.

## 14. POMPONIUS, lib. 14, ad Sabinum.

Si vir nummos ab uxore sibi donatos sciens suos factos non esse, pro re empta dederit, dolo malo fecit, quo minus possidat: et ideo ad exhibendum actione tenetur.

## 15. IDEM, lib. 18, ad Sabinum.

Thesaurus<sup>50</sup> meus in tuo fundo est, nec eum pateris me effodere:

<sup>37</sup> L. 10, L. 11, in pr. infr. h. 1. — <sup>38</sup> L. 9, in fin. L. 10, supr. cod.: L. 25, in pr. supr. ad leg. Aquil. — <sup>39</sup> L. 12, 2, 1, infr. depositi: L. 10, supr. de rei vind. — <sup>40</sup> L. 12, supr. d. t.; L. 47, in pr. infr. de legat. 1. — <sup>41</sup> L. 5, 2 fin. supr. h. 1. — <sup>42</sup> Vide tamen L. 15, supr. de legat. 2. — <sup>43</sup> Add. L. 2, supr. h. 1; L. fin. supr. de verb. sign. — <sup>44</sup> L. 25, 2, 5, in pr. supr. de off. judic.

## LIBER UNDECIMUS.

## TIT. I.

DE INTERROGATIONIBUS IN JURE<sup>1</sup> FACIENDIS, ET INTERROGATORIIS ACTIONIBUS.

## 1. CAELISTRATUS, lib. 2 Edicti monitorii.

Totiens heres [in jure] interrogandus est, *qua<sup>2</sup> ex parte heres sit*, quotiens adversus eum actio institutur, et dubitat actor, *qua ex parte sit*, cum quo ageret velit, heres sit. Est autem interrogatio tunc necessaria, cum in personam sit actio, et ita, si certum petetur: ne dum ignoret actor, *qua ex parte adversarius* defuncto heres extiterit, interdum plus petendo aliud damni sentiat. — § 1. Interrogatoris autem actionibus hodie non uitum: quia nemo cogitur ante judicium de suo jure aliud respondere<sup>3</sup>: ideoque minus frequentantur, et in desuetudinem abierunt: sed tantummodo ad probationes litigatoriis sufficiunt ea, *qua ab adversa parte expressa fuerint apud judices*, vel in hereditatibus, vel in aliis rebus, *qua in causis vertuntur*.

## 2. ULPIANUS, lib. 22, ad Edictum.

Edictum de interrogationibus ideoque propositum, quia sciebat difficile esse ei, qui heredem, bonorumve possessorem convenit, probare aliquem esse heredem, bonorumve possessorem.

## 3. PAULUS, lib. 17, ad Edictum.

Quia plerunque difficilis probatio [aditæ] hereditatis est.